

B. LUTHERI TESTIMONIA
de corpore spirituali.

Adiiciam nunc pauca quædam etiam *B. Lutheri* nostri testimonia, quæ ostendent, quam splendissimè de corpore spirituali sit locutus, nihil tamen, quod à scriptura, à Patrum veteris Ecclesiæ consensu abhorreat. Vt enim aliàs ita etiam in hac doctrinæ parte *B. Lutherus* Oceanus est, in quæ fontes scripturæ & patrum riuuli puriores ad vnum omnes confluxerunt.

Videatur *Enarrat in 15. cap. prioris ad Cor.*

Cum Christus patri Regnum est traditurus ibi omnia mutabuntur, fides in clarum aspectum. verbum in ipsam vitam & essentiam, obscurus intellectus in solem splendidissimum. Vbi omnes inimicos nostros, quorum iniuriam vim & impugnationem iam in terris toleramus, præstò videbimus, adhac mortem quoque abolitam & extinctam.

In futuro seculo tantum in Deo habituri sumus, ut nulla cæna quâlibet delicatè & opiparè instructa, tantum præbitura sit nobis voluptatis, quantum Deus ipse unico intuitu nos delectabit & afficiet, Itaque semper sanus & validus, semper letus & alacris, neque non Sole & Luna pulchrior & nitidior permanebis, adeo ut vestes aureæ atque purpureæ, quas reges & Casares ferre solent, pro luce stercore ducenda sint, si cum vno aspectu, quibus Deus nos illustrabit, comparata fuerint.

Quibus